3. Le sermon a été prononcé pendant le rigoureux jeûne quadragesimal; cf. *Introd.*, p. 88.

XXVI

Il ne subsiste qu'un seul témoin de ce sermon : MONT-CASSIN, 102 (K), *pars aestivalis* d'un homiliaire du XI^e siècle. Le texte est incomplet de la fin, en raison d'une lacune dans l'homiliaire.

Édité au t. II de la *Bibliotheca Casinensis* (1875), *Florileg.*, p. 120-122, ce texte attira l'attention de Paschini. Dans la réédition partielle qu'il en fit dans les *Memorie Storiche Forogiuliesi*, t. VII (1911), p. 4-6, P. Paschini proposa plusieurs corrections et restitutions dont certaines ont été retenues dans la présente édition.

Le texte est utilisé comme sermon de Dédicace (fol. 296 v : *Unde supra*, i.e. *In dedicatione ecclesiae* ; des. fol. 297 v).

SERMO XXVI

< In dedicatione Ecclesiae Concordiensis ¹ >

1. Deo nostro inenarrabiles gratias agere debemus, qui sic Ecclesiam suam per omnia ornare dignatus est ². Perfecta est basilica in honorem sanctorum, et velociter
5 perfecta. Exemplo quidem aliarum Ecclesiarum provocati estis ad huiusmodi devotionem ; sed gratulamur fidei vestrae, quia praecessistis exemplum : tardius enim coepistis, sed prius consummastis, quia ante habere sanctorum reliquias meruistis. Nos a vobis reliquias
10 sanctorum accepimus ; vos a nobis studium devotionis <et> fidei aemulationem. Bona ista contentio est, et religiosum certamen, ubi non de avaritia saeculi contenditur, sed de munere gratiarum. Tulimus quod adlatum vobis fuerat de munere sanctorum religiosa cupiditate ;
15 sed de hoc ipso incitavimus studia vestra, ut vel portionem peteretis. Negari non potuit, quia iustum erat quod petebatur. Data est portio, ut et vos totum in portione haberetis, et nos nihil de eo quod datum fuerat amitteremus ³, <secundum> quod scriptum est : *Qui plus,*

2 inenarrabiles : -lis K || 3 ecclesiam : -sia K || 4 honorem : -re K || 6 gratulamur : -lemur K || 8 coepistis : cepistis K || 9 meruistis : -ti K || vobis : bovis K || 13 tulimus : tollamus K || 14 cupiditate : -tas K || 17 totum : toto K

1. Pour le contexte historique de ce sermon, voir Introd., p. 103 s.

2. Cf. GAUDENCE DE BRESCIA, *Sermon 17* (PL 20, 959).

3. Cf. GAUDENCE DE BRESCIA, *Sermon 17* : *Portionem reliquiarum sumpsimus, et nihil nos minus possidere confidimus... itaque pars*

SERMON 26

< Pour la dédicace de l'église de Concordia ¹ >

1. Nous devons rendre d'indicibles grâces à Dieu, qui a ainsi achevé d'orner son Église ² : la basilique en l'honneur des Saints a été terminée, et l'a été très rapidement. C'est l'exemple des autres Églises qui a suscité chez vous pareille dévotion ; mais nous nous félicitons de votre foi : vous avez devancé ceux qui vous donnaient l'exemple : vous avez commencé plus tard qu'eux, mais vous avez terminé avant parce que vous avez mérité de posséder les premiers les reliques des Saints. Nous, nous avons reçu de vous les reliques des Saints ; vous, vous avez reçu de nous le zèle de la dévotion et l'émulation de la foi. C'est là une bonne lutte, un religieux combat, où l'on ne rivalise pas en avidité de ce monde, mais en dons de la grâce. Nous avons pris avec une religieuse avidité ce qui vous avait été apporté des reliques des Saints ; mais, de ce fait même, nous avons réveillé votre zèle, pour que vous nous en demandiez au moins une partie. On ne pouvait vous le refuser, parce que votre démarche était juste. On vous en a donné une partie pour que, vous, vous ayez la totalité dans cette partie, sans que nous, nous ne perdions rien de ce qui nous avait été donné ³, selon ce qui est écrit : *Qui avait*

ipsa quam meruimus plenitudo est (PL 20, 970 B-C) ; VICTRICE DE ROUEN, *De laude sanctorum*, 9 : *Nos autem id tota fide et auctoritate clamamus in reliquiis nihil esse non plenum, nam integri artus sunt ubi est integra medicina... In reliquiis ergo admonitio perfectionis est, non divisionis iniuria* (éd. Herval, p. 135 [PL 20, 451-452]).

20 *non abundavit; et qui modicum, non minoravit*^a. Ornata est igitur Ecclesia Concordiensis et munere sanctorum, et basilicae constructione, et summi sacerdotis⁴ officio. Meruit enim sanctus vir, frater et coepiscopus meus, summo sacerdotio honorari, qui per huiusmodi munera
25 sanctorum, honoravit Ecclesiam Christi sacerdotis aeterni.

2. Multa sunt quidem merita sanctorum apostolorum <quorum> reliquiae hic habentur. Sed de multis, vel pauca dicamus. Dignum est enim nos aliquid de eorum meritis praedicare, quorum fides et gloria toto orbe
30 refulget, quorum virtus et gratia ubique operatur. *In omnem enim terram, <sicut> propheta in psalmo de ipsis ait, <exivit> sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum*^b. Exivit plane sonus apostolorum per omnem patriam, non solum tunc cum constituti in corpore
35 Christum mundo praedicarunt, sed exit etiam nunc quidem cotidie cum, erga diversas valitudines peccatorum, <virtus> fidei et spiritualis gratia operatur. Sed nec in eo minorem apostolorum gratiam expectamus, quod non omnium reliquias habere videamur. Ubi duo vel tres
40 sunt, omnes sunt, quia communis fides et similis gratia est. Audi hoc ipsum Dominum declarantem <cum> dicit: *Ubi fuerint duo vel tres congregati in nomine meo, ibi et ego sum in medio eorum*^c. Si ergo Christus cum duobus vel tribus est, apostoli omnes cum Christo sunt.
45 Necesse est, ubi Christus est, illic omnis apostolorum chorus adsistat. Unde ita credere et habere debemus

a. II Cor. 8, 15 || b. Ps. 18, 5 || c. Matth. 18, 20

20 et : ut K || 21 Concordiensis : -si K || 22 constructione : -nem K || summi : -mis K || sacerdotis : -tes K || 23 coepiscopus : episcopus K || 24 munera : -rae K || 25 honoravit : -bit K || ecclesiam : -sia K || sacerdotis : -tes K || 29 fides : fidei K || gloria rest. : gratia K || 30 refulget : -git K || 31 in : et K || 32 exivit : -bit K || 35 Christum mundo : -to -dum K || exit : exiit K || quidem : quod K || 36 peccatorum coni. : eorum K || 37 virtus fidei coni. : celi dei K || 38 quod : quia K || 39 videamur : -remus K || 40 communis coni. : omnia K

beaucoup n'a pas eu trop; et qui avait peu n'a manqué de rien^a. Donc l'Église de Concordia s'est vue ornée des reliques des Saints et de la construction d'une basilique, et du ministère d'un grand-prêtre⁴. Car ce saint homme, mon confrère dans l'épiscopat, a mérité l'honneur du souverain sacerdoce, lui qui, par ces saintes reliques, a honoré l'Église du Christ, Prêtre éternel.

2. Nombreux sont les mérites des saints Apôtres dont les reliques sont ici présentes. De ces mérites nombreux, disons au moins quelques mots. Car il convient que nous célébrions quelques-uns des mérites de ceux dont la foi et la gloire brillent dans le monde entier, dont la puissance et la grâce opèrent en tout lieu. *Par toute la terre, en effet, comme dit à leur sujet le prophète dans le psaume, s'est répandue leur voix, et leurs paroles jusqu'aux confins de la terre*^b. Oui, la voix des Apôtres s'est répandue en tout pays, non seulement lorsqu'ils étaient encore sur terre et prêchaient le Christ, mais encore aujourd'hui et chaque jour elle se répand, lorsque la puissance de la foi et de la grâce spirituelle opèrent contre les différentes maladies des péchés. Mais nous n'attendons pas de la part des Apôtres une grâce moindre du fait que nous n'avons pas les reliques de chacun d'eux. Où deux ou trois se trouvent, tous sont là, parce que la foi est commune à tous, et la grâce semblable. Écoute le Seigneur lui-même le déclarer en disant : *Là où deux ou trois sont rassemblés en mon nom, je suis là, moi aussi, au milieu d'eux*^c. Si donc le Christ est avec deux ou trois, tous les Apôtres sont avec le Christ; là où est le Christ, tout le chœur des Apôtres est nécessairement présent. Par conséquent, nous devons croire et tenir que tous sont là où il n'y en a qu'un petit nombre. Mais, ne pouvant exposer

4. *Summus sacerdos* désigne l'évêque, le *summum sacerdotium* étant l'épiscopat; cf. AMBROISE, *Sacr.*, II, 16; III, 4; *Myst.*, 2, 6; 3, 8; *Epist.* 4, 1; 10, 3; 15, 9, 12; 16, 3; 53, 2. Sur l'emploi de *sanctus vir* pour désigner un évêque, voir H. DELEHAYE, *Sanctus* (Paris 1927), p. 38-39; A. BLAISE, *Dictionnaire...*, sub hac voce 3^o.

quasi in paucis omnes. Sed quia explicare singulorum merita non valemus, vel breviter aliquid haec tractando⁵ quorum reliquias habemus dicere debemus, ut aliquem profectum fidei consequamur.

3. Quantus habeatur apud Dominum sanctus Iohannes baptista, quantus etiam Iohannes evangelista, quorum reliquiae hic habentur⁶, evangelia manifestant. Ille Iohannes baptista; hic evangelista. Ille Dominum suum adhuc in utero matris positus recognovit; hic, constitutus in litore, Christum reperit^d. Ille Dominum baptizavit; hic supra pectus Domini recubuit^e. Ille inter natos mulierum primus dicitur; hic inter apostolos peculiari affectu diligitur^f. Ille angelus nuncupatur; hic filius tonitruum appellatur^g. Ille praesentem Christum populo manifestavit dicendo: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi*^h; hic universo mundo, evangelii sui praedicatione, Dei Filium declaravit dicendo: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil*ⁱ. Ambo egregii, ambo maximi. Ille Spiritum sanctum descendentem in specie columbae supra Dominum vidit; hic, raptus in spiritu, caeli secreta cognovit^j. Postremo, ille propter pudicitiam ab Herode rege in carcere missus est; hic, causa nominis Christi, a Domitiano Caesare in insulam relegatus est^k.

4. Quid de Andrea dicamus, quid de Thoma apostolis, quid de Luca evangelista? Et horum enim reliquiae hic

d. Cf. Lc 1, 44; Matth. 4, 21-22 || e. Cf. Matth. 3, 13-17 et parall.; Jn 13, 23 || f. Cf. Matth. 11, 11; Lc 7, 28; Jn 13, 23 || g. Cf. Matth. 11, 10; Mc 1, 2; Lc 7, 27; Mc 3, 17 || h. Jn 1, 29 || i. Jn 1, 1-3 || j. Cf. Jn 1, 32; Apoc. 4 s. || k. Cf. Matth. 14, 3 et parall.; Apoc. 1, 9

47 omnes: -nis K || 48 haec restitui: ac K || 49 aliquem: aliquid K || 53 manifestant: -lat K || 56 litore rest.: utero K || 60 praesentem: praesens K || 61 manifestavit: -bit K || dicendo: usque hic praem. K

les mérites de chacun d'eux, du moins devons-nous, fût-ce en un bref commentaire, parler des mérites⁵ de ceux dont nous avons les reliques, pour que notre foi en reçoive quelque accroissement.

3. Les évangiles manifestent la grandeur de saint Jean-Baptiste aux yeux du Seigneur, la grandeur aussi de Jean l'évangéliste, dont nous avons ici les reliques⁶. L'un, c'est le Baptiste, l'autre l'Évangéliste. L'un, encore au sein de sa mère, reconnut son Seigneur; l'autre, sur le rivage, trouva le Christ^d. L'un baptisa le Seigneur; l'autre reposa sur la poitrine du Seigneur; L'un est appelé le premier parmi les fils des femmes; l'autre fut aimé d'une affection spéciale parmi tous les apôtres^f. L'un est appelé ange, l'autre est appelé fils du tonnerre^g. L'un manifesta au peuple le Christ qui était là en disant: *Voici l'agneau de Dieu, voici celui qui ôte le péché du monde*^h; l'autre, par la prédication de son évangile, a montré au monde entier le Fils de Dieu, en disant: *Au commencement était le Verbe, et le Verbe était auprès de Dieu, et le Verbe était Dieu. Il était au commencement auprès de Dieu. Tout a été fait par lui, et sans lui rien n'a été fait*ⁱ. Tous deux sont éminents, tous deux sont très grands. L'un a vu le Saint-Esprit descendre sur le Seigneur sous forme d'une colombe; l'autre, ravi en esprit, a connu les secrets du ciel^j. Enfin, à cause de sa chasteté, l'un fut mis en prison par le roi Hérode; l'autre, pour le nom du Christ, fut relégué dans une île par Domitien César^k.

4. Que dire des Apôtres André et Thomas, et de l'évangéliste Luc? Leurs reliques ne sont-elles pas ici également?

quae vox forsan est nota alicuius amanuensis || 63 declaravit: -bit K || 67 spiritum sanctum descendentem: -tu -to -te K || 69 raptus: factus K || 72 relegatus: religatus K || 73 dicamus forte legendum dicemus

5. Sur l'emploi de *tractare* pour *praedicare*, voir C. MOHRMANN, « Praedicare, tractare, sermo. Essai sur la terminologie de la prédication paléochrétienne », *Le latin des chrétiens* II, p. 64-72.

6. Voir l'énumération et l'éloge des saints dans le sermon de Gaudence de Brescia déjà cité. Sur la présence des reliques de saint Jean l'évangéliste à Aquilée, voir S. 21.

75 habentur. Andreas frater est sancti Petri, qui et ipse
 crucem propter Christum suscepit, sicuti et Petrus
 frater eius. Aequales in passione, quia aequales in fide.
 Ambo enim propter Christum aequales, iidem crucem
 ipsius susceperunt. Et dignum plane fuit, ut qui germani
 80 sanguine erant, germani extiterent in gloria passionis.

Thomas autem et ipse unus est de apostolis. Hic
 Thomas qui, cum post resurrectionem Domini dubitasset,
 ut fidem ipsius Dominus plenissime confirmasset, ait ad
 illum : *Mitte manum tuam in latus meum, et noli esse*
 85 *incredulus, sed fidelis*¹. Qui, cum misisset et palpasset,
 ait ad illum Thomas : *Dominus meus et Deus meus*^m. Ait
 ad illum Dominus : *Quia vidisti me, credidisti. Beati qui*
*non viderunt et crediderunt*ⁿ. Dubitavit quidem sanctus
 Thomas post Domini resurrectionem, sed dubitatio ipsius
 90 fidem Ecclesiae confirmavit. Tetigit itaque Thomas
 manus Domini, ut fixuras clavorum cognosceret ; tetigit
 et latus Domini, ut in praesenti vulnere corporis signa
 palparet, ne ab inimicis fidei assereretur quod <non>
 in eadem carne⁷ Christus surrexisset a mortuis. Denique
 95 <cum> et visu oculorum et tactu manus suae sanctus
 Thomas Christum surrexisse in corpore probasset, nec
 sic tamen Marcion vel Manichei surrexisse in carne
 Dominum credere voluerunt. Sed quid ait Thomas,
 postquam tetigit manus Domini ? *Dominus, inquit, meus*
 100 *et Deus meus*. Dominum ergo suum Christum, nonnisi
 ex virtute resurrectionis agnovit, quia et mortem vincere,
 et carnem de morte virtute propria suscitare, solius
 divinae potentiae et maiestatis aeternae est. Et ideo ait
 ad illum : *Dominus meus et Deus meus*. Hic cum ad

1. Jn 20, 27 || m. Jn 20, 28 || n. Jn 20, 29

77 fide rest. : sede K || 78 aequales : -lis K || iidem : idem K || 79
 susceperunt : ceperunt K || 90 confirmavit : -bit K || 91 fixuras :
 figuras K || 94 in eadem : de eandem K || carne : -nem K || 97 Mar-
 cion : Marcior K || Manichei : -cheos K || 98 quid : quidem K || 100
 Dominum : -no K || 102 propria : -priam K

André est le frère de saint Pierre ; comme son frère Pierre, il
 fut, lui aussi, crucifié pour le Christ ; ils furent égaux dans
 la passion, parce qu'égaux dans la foi. Tous deux étaient
 égaux à cause du Christ ; ils portèrent donc sa croix ;
 et il était tout à fait digne que ceux qui étaient frères
 par le sang le fussent aussi par leur glorieuse pas-
 sion.

Thomas, lui aussi, est l'un des Apôtres. Comme Thomas
 avait douté après la résurrection du Seigneur, celui-ci
 lui dit, pour confirmer pleinement sa foi : *Mets ta main*
*dans mon côté, et ne sois pas incrédule, mais croyant*¹.
 Quand il eut mis sa main et touché le côté du Christ,
 Thomas lui dit : *Mon Seigneur et mon Dieu*^m. Le Seigneur
 lui dit : *Parce que tu m'as vu, tu as cru. Bienheureux ceux*
*qui n'ont pas vu et qui ont cru*ⁿ. Saint Thomas a bien douté
 après la résurrection du Seigneur, mais son doute a affermi
 la foi de l'Église. Thomas a touché les mains du Seigneur
 pour y reconnaître la marque des clous ; il a touché aussi le
 côté du Seigneur pour palper, dans la blessure qui s'offrait
 à lui la réalité du corps, afin que les ennemis de la foi ne
 puissent pas soutenir que le Christ n'est pas ressuscité des
 morts dans la même chair⁷. Pourtant, alors que saint
 Thomas a prouvé la résurrection corporelle du Christ en
 le voyant de ses yeux et en le touchant de ses mains,
 ni Marcion ni les Manichéens n'ont voulu croire que le
 Seigneur est ressuscité dans son corps. Mais que dit
 Thomas, après avoir touché les mains du Seigneur ? *Mon*
Seigneur et mon Dieu. Il n'a donc reconnu le Christ pour
 son Seigneur qu'en vertu de la résurrection, parce que
 vaincre le monde et ressusciter son corps de la mort par
 sa propre puissance, c'est le propre de la seule puissance
 divine et de la majesté éternelle. Voilà pourquoi il lui dit :
Mon Seigneur, et mon Dieu. En ayant reçu l'ordre du

7. Noter l'insistance *in eadem carne*. Même insistance chez
 RUFIN, *Exp. Symboli*, 37 (CCL 20, 173, 66 [PL 21, 377 A7]). Le
 Credo d'Aquilée, tel que nous le connaissons par Rufin, portait :
huius carnis resurrectionem.

105 Indiam iuxta dictum Domini perrexisset, ut Christum
 Dominum etiam in India praedicaret, post multas vir-
 tutes et mirabilia, quae fidem credentium confirmavit,
 merito et gloriosam mortem suscepit. Cum ergo corpus
 ipsius sepultum in India haberetur, aliquis negotiator,
 110 vir christianus et valde religiosus, causa negotiandi, in
 Indiam perrexit, ut inde lapides pretiosos, vel indicas
 mercedes, ad Romanos adferret cupiditate lucris terreni.
 Sed pro saeculi negotiatore, negotiator Dei repertus est.
 Cum enim venisset ad Indiam, ostensum est ei per
 115 revelationem ubinam corpus sancti Thomae haberetur, et
 admonitus est ut ipsum corpus Edessam secum deferret⁸.
 At ille vero quasi negotiator Dei, contemptis lucris
 terrenis, sola coepit lucra caelestia cogitare. Invenit
 enim super lapides indicos mercedem meliorem quam
 120 non <petierat>⁹...

106 India : -diam* K || 107 mirabilia : -vilia K || 108
 et : ut K || suscepit : suscipere K || 109 sepultum : -tus K ||
 aliquis : -quid K || 110 causa : -sam K || 112 Romanos : -ni K || 115
 revelationem : rebelationem K || 116 Edessam : Edessa K || 117 lucris
 terrenis : -cri -ni K || 118 invenit : -nerunt K || 120 petierat *coni.*
cum Paschini : pe// K *qui hic desinit mancus*

Seigneur, Thomas partit pour les Indes, afin de prêcher
 jusqu'en ces régions le Christ Seigneur. Il y fit de nom-
 breux prodiges et miracles, grâce auxquels il affermit la foi
 des croyants, et souffrit en récompense une mort glorieuse.
 Comme son corps se trouvait enseveli aux Indes, un com-
 merçant chrétien fort religieux y partit pour affaires, afin
 d'en rapporter dans l'Empire des pierres précieuses et des
 marchandises. Il y était poussé par le désir d'un gain
 terrestre. Mais, homme d'affaires dans les choses de ce
 monde, il devint homme d'affaires dans les choses de
 Dieu. A son arrivée aux Indes, le lieu où se trouvait le
 corps de saint Thomas lui fut en effet révélé, et ordre
 lui fut donné de l'emporter avec lui jusqu'à Édesse⁸.
 Alors, homme d'affaires dans les choses de Dieu, mépri-
 sant les gains de cette terre, il se mit à penser aux
 seuls gains du ciel. Il trouva, en effet, une affaire qu'il
 n'avait pas cherchée, d'un rapport bien supérieur au
 commerce des pierres précieuses des Indes⁹...

8. Rufin témoigne du culte rendu aux reliques de l'apôtre saint
 Thomas à Édesse (*Hist. Eccl.*, II, 5). Égérie y visita son *marty-*
rium en 384 ; cf. P. Devos, « Égérie à Édesse », *An. Boll.* 85 (1967),
 p. 381 s. L'apostolat et le martyre de l'apôtre en Inde est une
 donnée qui provient des *Actes de Thomas*, apocryphe du II^e s. ; cf.
Dictionnaire de la Bible, Supplément, I, 501-504 (« Apocryphes du
 Nouveau Testament »).

9. Le sermon est incomplet de la fin. Manque l'éloge de saint Luc
 et la péroration.

XXVII

Ce sermon a été incorporé dans un type d'homiliaire déjà mentionné à propos du S. 19, et contenant un certain nombre de pièces assez rares (cf. *Introd.*, p. 28). Il existe trois témoins de ce type d'homiliaire :

VIENNE, *Nationalbibl. lat. 931* (XII, cathédrale de Salzbourg) (ψ^1).

MUNICH, *Staatsbibl. lat. 22002* (XII, Wessobrunn) (ψ^2).

INNSBRUCK, *Universitätsbibl. 94* (XIII, Stams) (ψ^3).

Le sermon se lit également dans un homiliaire étroitement apparenté aux précédents : VIENNE, *Nationalbibl. lat. 1495* (XV), fol. 208-209 v.

Il fut édité par Amerbach dans *Plura ac diversa divi Aurelii Augustini Sermonum Opera* (Bâle 1494-95), [section VI] *Sermones sancti Augustini de Tempore* (1495), *sermo CIV*, d'après un ms. de contenu fort proche, sinon identique aux trois mss signalés ci-dessus. De cette édition, le texte est passé dans celle des Docteurs de Louvain (1577), puis dans *PL 39*, 1927-1929 (*sermo XCV*).

Dans la présente édition n'ont été retenues que les variantes des trois mss ψ^1 ψ^2 ψ^3 et celles de l'édition Amerbach. Les variantes du VIENNE, *lat. 1495* sont identiques à celles de ψ^1 , avec quelques fautes propres en plus. On n'a pas tenu compte non plus des rares variantes de *PL 39* par rapport à l'édition d'Amerbach.

SERMO XXVII

<De Lazaro suscitato>

1. Multis quidem signis ac virtutibus Dominus ac
Salvator noster Christus Iesus¹ divinitatis suae poten-
tiam declaravit, sed maxime in Lazari morte, ut in
5 praesenti lectione audivit dilectio vestra, ostendens se
esse de quo scriptum erat, *Dominus virtutum*² *nobiscum,*
*susceptor noster Deus Iacob*³. Quas tamen virtutes Domi-
nus ac Salvator noster duplici genere operatus est; et
corporaliter et spiritaliter, id est, visibiliter et invis-
10 biliter, ut per visibile opus invisibilem virtutem osten-
deret. Superius caecum a nativitate lumine oculorum
illuminavit visibili opere^b, ut invisibili illa virtute
caecitatem Iudaeorum cognitionis suae lumine illustraret :
in praesenti vero lectione Lazaro mortuo vitam donavit^c,
15 ut incredula corda Iudaeorum de morte peccati susci-
taret in vitam. Denique multi Iudaeorum propter Laza-

a. Ps. 45, 8 || b. Cf. Jn 9 || c. Cf. Jn 11, 1-44

ψ¹ fol. 115-116.

ψ² fol. 45 v-46 v.

ψ³ fol. 115 v-116 v.

am. édition Amerbach (non foliotée), à l'instar d'un ms.

15 incredula Iudaeorum corda *transp.* ψ³

1. L'expression *Dominus ac Salvator noster Christus Iesus* ne se retrouve qu'une seule autre fois chez Chromace (S. 30 incipit).

SERMON 27

<Sur la résurrection de Lazare>

1. Notre Seigneur et Sauveur le Christ Jésus¹ a, certes, manifesté la puissance de sa divinité par bien des signes et des miracles; mais il l'a fait surtout lors de la mort de Lazare, comme Votre Dilection vient de l'entendre dans la présente lecture, montrant qu'il était celui dont il avait été écrit : *Le Seigneur de puissance*² *est avec nous, notre soutien est le Dieu de Jacob*³. Ces miracles, notre Seigneur et Sauveur les a opérés sur un double plan, corporellement et spirituellement, autrement dit visiblement et invisiblement, manifestant par une œuvre visible son invisible puissance. Auparavant, en une œuvre visible, il avait rendu à l'aveugle-né la vue de la lumière (matérielle)^b, afin d'illuminer de la lumière de sa connaissance, par sa puissance invisible, la cécité des Juifs. Dans la présente lecture, il rend la vie à Lazare qui était mort^c, afin de rendre à la vie, en les retirant de la mort du péché, les Juifs au cœur incroyant. De fait,

On ne trouve qu'une fois également *Dominus et Salvator noster Iesus Christus* (*Exp. Orat. dom.* [S. 40], incipit). En début de sermon, Chromace emploie habituellement l'expression *Dominus et (ac) Salvator noster*. En cours de texte on trouve : *Christus Dominus et plus fréquemment Christus* ou *Dominus*. On trouve une seule fois *Dominus Iesus* (S. 2, 91), *Iesus Christus* (S. 30, 59), deux fois *Salvator noster* (S. 2, 3; 23, 56). *Dominum Iesum Christum* du S. 2, 137 est une confession de foi reprise de *Actes* 8, 37.

2. Traduire *virtutum* par « armées » ne rendrait pas la pensée de l'auteur. *Virtus*, employé ici à plusieurs reprises, désigne les miracles opérés par le Christ. *Dominus virtutum*, c'est « le Seigneur auteur des miracles ».

rum Christo Domino crediderunt. Cognoverunt enim in resurrectione Lazari manifestam Filii Dei potentiam : quia morti potestate propria imperare non est conditionis humanae, sed divinae naturae.

Legimus quidem et Apostolos mortuos suscitasse, sed illi ut suscitarent, Dominum oraverunt ^d ; suscitaverunt autem non sua virtute, nec sua potestate, sed invocato nomine Christi, qui morti ac vitae dominatur ³ : Filius autem Dei Lazarum virtute propria suscitavit. Denique ut ait Dominus, *Lazare, exi foras* ^e, statim ille egressus de monumento est : neque mors tenere poterat, quem vita vocabat. In naribus humor sepulturae erat : Lazarus vivus astabat. Non exspectavit mors iteratam vocem Salvatoris audire, quia virtutem vitae ferre non poterat : sed ad unam vocem Domini mors et corpus Lazari de monumento, et animam dimisit de inferno ; et totus Lazarus de monumento vivus processit, qui totus ibi non fuerat ⁴. Tardius quis de somno suscitatur, quam Lazarus de morte. Humor corporis adhuc erat in naribus Iudaeorum, et Lazarus vivus astabat. Sed iam caput lectionis ipsius videamus.

2. Ait ergo Dominus ad discipulos suos, ut audivit in praesenti lectione dilectio vestra : *Amicus*, inquit, ⁴⁰ *noster Lazarus dormit ; sed vado, ut a somno suscitarem eum* ^f. Bene dixit Dominus : *Amicus noster Lazarus dormit*, quia vere de morte velut de somno erat surrecturus. Sed discipuli ignorantes cur hoc Dominus dixisset, aiunt ad illum : *Domine, si dormit, sanus erit* ^g. ⁴⁵ Tunc respondens, ait illis manifeste : *Lazarus mortuus est ; sed gaudeo propter vos, ut credatis, quia non ibi eram* ^h. Sed si gaudere se dicit hic Dominus propter discipulos

beaucoup de Juifs crurent au Christ Seigneur à cause de Lazare : ils reconnurent dans sa résurrection la manifestation de la puissance du Fils de Dieu, commander à la mort par sa propre puissance n'étant pas le fait de la condition humaine, mais de la nature divine.

Nous lisons, certes, que les Apôtres, eux aussi, ont ressuscité des morts ; mais eux, ils ont prié le Seigneur de les ressusciter ^d ; ils les ont ressuscités, non par leurs propres forces, ou par leur propre puissance, mais par l'invocation du nom du Christ, qui commande à la mort et à la vie ³ ; le Fils de Dieu, lui, a ressuscité Lazare par sa propre puissance. Car à peine le Seigneur avait-il dit : *Lazare, sors* ^e, que Lazare sortit aussitôt du tombeau : la mort ne pouvait retenir celui que la Vie appelait. La pauteur du tombeau était encore aux narines des assistants, que Lazare était là, debout et vivant. La mort n'attendit pas d'entendre un ordre réitéré de la voix du Sauveur pour obéir, car elle ne pouvait supporter la puissance de la Vie : à un seul mot du Seigneur, la mort laissa sortir du tombeau le corps de Lazare, et son âme des enfers ; Lazare sortit tout entier vivant du tombeau, lui qui n'y avait pas été tout entier ⁴. On se réveille plus lentement du sommeil que Lazare ne le fit de la mort. La pauteur du cadavre était encore aux narines des Juifs, que Lazare se trouvait debout et vivant. Mais voyons maintenant le début de ce qui vient d'être lu.

2. Le Seigneur dit donc à ses disciples, comme Votre Dilection vient de l'entendre dans la présente lecture : *Notre ami Lazare dort, mais je vais aller le réveiller* ^f. Le Seigneur a bien dit : *Notre ami Lazare dort*, parce qu'il allait vraiment le réveiller de la mort comme d'un sommeil. Mais les disciples, ignorant pourquoi le Seigneur avait ainsi parlé, lui disent : *Seigneur, s'il dort, il va guérir* ^g. Alors, prenant la parole, *il leur dit clairement : Lazare est mort, mais je me réjouis pour vous de n'avoir pas été là, pour que vous croyiez* ^h. Si le Seigneur dit ici qu'il se réjouit de la mort de Lazare à cause de ses

d. Cf. Act. 9, 40 ; 20, 9-12 || e. Jn 11, 43 || f. Jn 11, 11 || g. Jn 11, 12 || h. Jn 11, 14-15

3. Cf. S. 31, 25-26.

4. L'âme de Lazare était en effet aux enfers ; cf. *infra* § 5.

de Lazari morte, quid est quod postea flesse refertur in Lazari morte¹? Sed advertamus rationem gaudii et lacrimarum. Gaudebat Dominus propter discipulos; flebat propter Iudaeos. Propter discipulos gaudebat, quia per resurrectionem Lazari confirmari habebat fides ipsorum in Christo; propter Iudaeorum flebat incredulitatem, quia nec resurgente Lazaro, Christo Domino fuerant credituri. Aut forte idcirco flevit Dominus, ut lacrimis suis mundi peccata deleret. Si Petrus potuit lacrimarum suarum fusione propria peccata abstergere, cur non credimus lacrimis Domini peccata mundi deleta fuisse? Denique post lacrimas Domini multi ex populo Iudaeorum crediderunt. Vicit ex parte incredulitatem Iudaeorum dominicae pietatis affectus, et discordes mentes eorum mollivit pia fusio lacrimarum. Et idcirco forte utrumque de Domino in praesenti lectione refertur, quod et gavisus sit, et flevit, quia *qui seminat in lacrimis*, ut scriptum est, *in gaudio metet*¹. Lacrimae ergo Domini gaudia mundi sunt: quia idcirco ille lacrimas fudit, ut nos gaudia mereremur. Sed redeamus ad ordinem.

Ait ergo ad discipulos suos: *Amicus*, inquit, *noster Lazarus mortuus est; sed gaudeo propter vos, ut sciatis, quia non eram ibi*^k. Advertamus et hic mysterium: quomodo non se illic Dominus fuisse dicit. Cum enim dicit manifeste: *Lazarus mortuus est*, praesentem se illic fuisse evidenter ostendit. Neque enim hoc dicere Dominus potuisset, nullo sibi nuntiante, nisi praesens fuisset. Quomodo enim in loco, ubi Lazarus mortuus est, praesens non erat Dominus, qui omnia loca totius mundi divina maiestate circumvenit? Sed hic quoque Dominus ac Salvator noster sacramentum in se carnis ac divinitatis ostendit. Non erat ibi secundum carnem; hic erat secundum divinitatem, quia Deus ubique est.

i. Cf. Jn 11, 35 || j. Ps. 125, 5 || k. Jn 11, 14-15

56 suis *om.* ψ^3 || deleret peccata *transp.* ψ^3 || 57 abstergere

disciples, pourquoi rapporter ensuite qu'il a pleuré sur la mort de Lazare¹? Remarquons le motif de sa joie et de ses larmes. Le Seigneur se réjouissait à cause des disciples; il pleurait à cause des Juifs. Il se réjouissait à cause des disciples, parce que, par la résurrection de Lazare, il allait confirmer leur foi au Christ; mais il pleurait à cause de l'incroyance des Juifs, parce que, même si Lazare ressuscitait, ils ne croiraient pas au Christ Seigneur. Peut-être aussi le Seigneur pleura-t-il pour effacer par ses larmes les péchés du monde. Si les larmes que versa Pierre purent laver ses propres péchés, pourquoi ne pas croire que les péchés du monde ont été effacés par les larmes du Seigneur? En effet, après que le Seigneur eut pleuré, nombreux furent les Juifs qui crurent. La manifestation de la tendresse du Seigneur vainquit partiellement l'incroyance des Juifs; les larmes qu'il versait dans sa tendresse touchèrent leurs cœurs hostiles. Et voici peut-être pourquoi la présente lecture nous rapporte que le Seigneur se réjouit et pleura: c'est que *celui qui sème dans les larmes*, comme il est écrit, *moissonnera dans la joie*¹. Les larmes du Seigneur sont donc la joie du monde: il a versé des larmes pour que nous méritions de nous réjouir. Mais revenons au sujet.

Il dit donc à ses disciples: *Notre ami Lazare est mort, mais je me réjouis pour vous de n'avoir pas été là, pour que vous croyiez*^k. Remarquons ici encore un mystère. Comment le Seigneur peut-il dire qu'il n'était pas présent là où mourut Lazare? En disant fort clairement: *Lazare est mort*, il montre en effet, à l'évidence, qu'il y était présent. Car le Seigneur n'aurait pu parler ainsi, alors que nul ne lui avait porté la nouvelle, s'il n'avait pas été là. Comment, en effet, le Seigneur n'aurait-il pas été présent à l'endroit où mourut Lazare, lui qui embrasse de sa majesté divine toutes les parties de l'univers? Mais, ici encore, notre Seigneur et Sauveur manifeste le mystère de son humanité et de sa divinité. Il n'était pas là selon son humanité, il y était selon sa divinité, car Dieu est partout.

peccata *transp.* ψ^3 || 62 pia: prima *am.* || 68 inquit *om.* ψ^3 || 71 manifeste dicit *transp.* ψ^3 || 77 maiestate: potestate ψ^2 *am.*

3. Cum ergo venisset Dominus ad Mariam et Martham sororem Lazari, videns turbam Iudaeorum, ait : *Ubi posuistis eum*¹ ? Numquid nesciebat Dominus ubi positus erat Lazarus, qui absens mortuum Lazarum praenuntiaverat, et qui divinitatis suae maiestate ubique erat ? Sed hoc Dominus ex veteri consuetudine fecit⁵. Nam ad Adam similiter ait : *Ubi es, Adam*^m ? Non quia nesciret ubi esset Adam, sed idcirco interrogavit, ut peccatum suum Adam ore proprio confiteretur, ut posset peccati veniam promereri. Interrogat et Cain : *Ubi est frater tuus Abel* ? Et ille dixit : *Nescio*ⁿ. Non quia nesciret ubi esset Abel, idcirco Cain interrogavit, sed cum ille negaret, parricidium ejus argueret quod in fratre commiserat. Denique Adam, quia interroganti Domino confessus est peccatum quod commisit, veniae redditus est ; Cain, quia negavit, aeterna poena damnatus est. Sic et hic cum dicit Dominus : *Ubi posuistis eum* ? non idcirco interrogat, quia nesciret ubi positus esset Lazarus, sed ut turba Iudaeorum ad monumentum Lazari sequerentur, ut videntes divinam Christi potentiam in Lazari resurrectione, ipsi adversus se testes existerent, si tantae virtuti non crederent. Dixerat enim illis superius Dominus : *Si mihi non creditis, vel operibus credite, et cognoscite quia Pater in me est, et ego in illo*^o.

Deinde cum venisset ad monumentum, ait ad circumstantes Iudaeos : *Tollite hinc lapidem*^p. Quid dicimus ? Numquid lapidem Dominus a monumento praecepto remove non poterat, qui inferni claustra propria virtute movit ? Sed quod ab hominibus fieri poterat, homines facere praecepit ; quod autem divinae virtutis erat, sua potentia demonstravit. Lapidem enim a monu-

1. Jn 11, 34 || m. Gen. 3, 9 || n. Gen. 4, 9 || o. Jn 10, 38 || p. Jn 11, 39

84 erat : esset ψ^2 am. || 86 ad : et am. || 92 interrogavit Cain *transp.* am. || interrogavit : -ret ψ^1 ² || sed : ut *add.* am. || 96 negavit :

3. Lors donc que le Seigneur fut venu trouver Marie et Marthe, sœurs de Lazare, à la vue de la foule des Juifs, il dit : *Où l'avez-vous mis*¹ ? Est-ce que le Seigneur ignorait où l'on avait mis Lazare, lui qui, bien qu'absent, avait annoncé que Lazare était mort, lui qui était partout par le mystère de sa divinité ? Mais le Seigneur agit ainsi selon son antique habitude. Car il dit pareillement à Adam : *Adam, où es-tu*^m ? Non qu'il ne sût où était Adam ; mais il posait la question pour qu'Adam avouât son péché de sa propre bouche, et pouvoir mériter ainsi le pardon de son péché. Il interrogea aussi Caïn : *Où est ton frère Abel* ? Et Caïn répondit : *Je l'ignore*ⁿ. Ce n'est pas parce qu'il ignorait où était Abel qu'il a interrogé Caïn, mais, pour pouvoir, sur sa réponse négative, lui reprocher le crime qu'il avait commis contre son frère. De fait, Adam fut pardonné parce qu'il avoua le péché qu'il avait commis au Seigneur qui l'interrogeait ; Caïn, parce qu'il nia son crime, fut condamné au châtement éternel. Ainsi, quand le Seigneur dit ici : *Où l'avez-vous mis* ? il ne pose pas la question par ignorance de l'endroit où l'on avait mis Lazare, mais pour que la foule des Juifs le suive jusqu'au tombeau de Lazare, et que, voyant dans la résurrection de Lazare la puissance divine du Christ, ils deviennent témoins contre eux-mêmes, s'ils ne croyaient pas un si grand miracle. Car le Seigneur leur avait dit auparavant : *Si vous ne croyez pas en moi, croyez du moins à mes œuvres, et sachez que le Père est en moi, et moi en lui*^o.

Lorsqu'ensuite il fut arrivé au tombeau, il dit aux Juifs qui l'entouraient : *Ôtez la pierre*^p. Que disons-nous ? Le Seigneur ne pouvait-il, d'une simple injonction, retirer la pierre, lui qui, par sa propre puissance, a retiré les verrous des enfers ? Mais le Seigneur a commandé aux hommes de faire ce que ceux-ci peuvent faire ; ce qui, au contraire, appartient à la puissance divine, il l'a manifesté par sa puissance. Car retirer la pierre du

parricidium quod commisit *add.* am. || sic et hic cum ψ^3 : sic hic cum ψ^1 sicut hic cum ψ^2 sicut cum hic am.

5. Cf. HILAIRE, *In Ps.* 119, 11 ; *Tract. Myster.*, 6 in fine.

mento revocare humanae virtutis est ; animam vero ab inferno revocare, potentiae est. Verum facile, si voluisset, sola iussione verbi removere a monumento lapidem potuisset, qui verbo mundum creavit.

115 4. Cum ergo removissent lapidem a monumento, ait magna voce : *Lazare, veni foras*^q. Ostendens se esse de quo scriptum erat : *Vox Domini in virtute, vox Domini in magnificentia*^r ; et iterum : *Ecce dabit virtuti suae*
 120 *voce[m] virtutis*^s. Virtutis plane et magnificentiae vox ista est, quae statim Lazarum de morte ad vitam revocavit, et ante anima corpori reddita est, quam sonum vocis miserat. Licet alibi esset corpus, alibi anima, tamen vox ista Domini statim et animam corpori reddidit, et corpus
 125 animae repraesentavit. Deterrita enim mors est, audita voce tantae virtutis. Nec mirum sane si ad unam vocem Domini resurgere Lazarus potuit, quando omnes qui in monumentis sunt, ad unam vocem solam resurrecturos in evangelio ipse declaravit dicendo : *Venit hora, quando*
 130 *omnes qui in monumentis sunt, audient vocem Filii Dei, et resurgent*^t. Unde sine dubio tunc mors audita voce Domini omnes mortuos a se potuisset dimittere, nisi proprie vocatum Lazarum cognovisset. Ut ait ergo Dominus : *Lazare, exi foras, statim ille exivit ligatis*
 135 *manibus et pedibus, et facies eius sudario erat cooperta*^u. Quid et hic dicemus ? Numquid Dominus in Lazaro sepulturae vincula rumpere non poterat, qui mortis vincula diruperat ? Sed hic Dominus ac Salvator noster duplicem virtutem in Lazaro suae operationis ostendit, ut
 140 vel sic incredulitati Iudaeorum fidem credulitatis infunderet. Non enim minoris admirationis est, Lazarum ligatum pedibus ambulare potuisse, quam a mortuis resurrexisse...

q. Jn 11, 43 || r. Ps. 28, 4 || s. Ps. 67, 34 || t. Jn 5, 25 || u. Jn 11, 44

121 revocavit : -cat ψ^3 || 134 exi : veni ψ^3 cum *Vulg.* || 137-138 rumpere... vincula om. ψ^1 per *homocetel.* || 139 suae operationis in Lazaro *transp.* ψ^3

tombeau, cela relève des forces humaines ; tandis que retirer une âme des enfers, cela relève de la seule puissance divine. Mais s'il l'avait voulu, il eût été facile à celui qui a créé le monde par sa parole de retirer la pierre du tombeau d'une seule parole.

4. Lors donc qu'ils eurent retiré la pierre du tombeau, il dit d'une voix forte : *Lazare, sors*^q, montrant ainsi qu'il est celui dont il avait été écrit : *La voix du Seigneur retentit avec puissance, la voix du Seigneur retentit avec majesté*^r ; et encore : *Voici qu'il donnera une voix forte à sa puissance*^s. Cette voix qui a aussitôt rappelé Lazare de la mort à la vie est vraiment une voix de puissance et de majesté ; et l'âme fut rendue au corps de Lazare avant même qu'il n'eût fait retentir le son de sa voix. Bien que l'âme fût en un endroit et le corps dans un autre, la voix du Seigneur rendit cependant aussitôt l'âme au corps, et le corps obéit sur-le-champ à l'âme. La mort, en effet, fut terrifiée en entendant la voix d'une si grande puissance. Et rien d'étonnant, certes, si Lazare put ressusciter sur une seule parole du Seigneur : dans l'évangile il déclare lui-même que tous ceux qui sont dans les tombeaux ressusciteront sur une seule et unique parole : *L'heure vient à laquelle tous ceux qui sont dans les tombeaux entendront la voix du Fils de l'homme et ressusciteront*^t. Sans doute, en entendant la parole du Seigneur, la mort aurait-elle pu libérer de son emprise tous les morts, si elle n'avait compris que c'était seulement Lazare que le Christ appelait. Lors donc que le Seigneur dit : « *Lazare, sors* », aussitôt il sortit les mains et les pieds liés, et sa face était recouverte d'un suaire^u. Que dirons-nous, ici encore ? Le Seigneur ne pouvait-il rompre les bandelettes avec lesquelles Lazare avait été enseveli, lui qui avait brisé les liens de la mort ? Mais ici notre Seigneur et Sauveur, en ressuscitant Lazare, manifesta deux fois sa puissance : ultime tentative pour verser sur les Juifs incrédules la croyance et la foi. Car il n'est pas moins surprenant de voir Lazare pouvoir marcher les pieds liés que de le voir ressusciter d'entre les morts...

XXVIII

Ce sermon a été incorporé à la collection des sermons de saint Pierre Chrysologue dite collection félicienne (du nom de l'évêque Félix de Ravenne † 724 qui la constitua). Rejeté comme inauthentique par Dom A. Olivar, ce sermon provient certainement du corpus chromacien dont il faut supposer la présence à Ravenne avant le VIII^e siècle.

La présente réédition a été faite à partir des trois manuscrits suivants :

VATICAN, *lat.* 4952 (XI), témoin le plus ancien de la collection félicienne provenant de Ravenne (*V*).

PARIS, *B.N. lat.* 16867 (fin XII-XIII, Saint-Martin des Champs), ms. qui, au jugement de Dom Olivar, est le meilleur témoin de la famille française de la tradition manuscrite de la collection félicienne (*P*).

CAMBRAI, *B.M.* 543 (XII, abbaye de Vaucelles), ms. très proche du précédent (*C*).

La collation de ces trois mss, que je dois à Dom A. Olivar, permet d'apporter plusieurs corrections à l'édition de *PL* 52, laquelle reprend l'édition de Sébastien Paoli (Venise 1750), tributaire elle-même de deux éditions du XVII^e siècle (D. Mita, Bologne 1643, et M. Del Castillo, Lyon 1676) faites à partir de mss de la péninsule. Si en effet *V* s'accorde parfois avec les anciennes éditions (*pa.*), la concordance *V P C* contre ces dernières permet de proposer les variantes communes à ces trois mss comme ayant toutes chances d'authenticité. On constatera d'autre part que la famille française de la tradition manuscrite s'écarte parfois de *V* et *pa.* Ces variantes sont le résultat de remaniements faits avec beaucoup d'à propos, mais purement gratuits.

SERMO XXVIII

<De verbis apostoli : Nescitis
quia qui in stadio currunt>

1. Beatus apostolus Paulus non solum per doctrinam legis¹, sed et saeculi huius exemplo ad coronam nos
5 gloriae caelestis hortatur. Sic enim inter caetera ait, ut
audivit dilectio vestra : *Nescitis, inquit, quia qui in stadio
currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit coronam?*
et addidit : *Sic, inquit, currite ut comprehendatis*^a.
Secundum terrenum exemplum multi quidem, ut ait
10 Apostolus, in stadio currunt, sed unus accipit coronam,
id est ille qui melius currit; ita et in stadio vitae
praesentis, multi quidem currunt, sed unus accipit
coronam. Currunt Iudaei per legem, currunt philosophi
per inanem sapientiam, currunt et haeretici per falsam
15 adnuntiationem, currunt catholici per veram fidei
praedicationem : sed de his omnibus unus coronam
accipit, id est populus catholicus qui recto fidei cursu,

a. I Cor. 9, 24

V fol. 161 v-162 v.

P fol. 136 v-137.

C fol. 160 v-161 v.

pa. édition S. Paoli dans PL 52, 524-526.

Hunc titulum praebent codd. : Incipit sermo de eodem duodecim V
De eodem PC || 4 et om. pa. || 6 inquit om. pa. || quia qui : quod
hi qui pa. cum Vulg. || 7 currunt² : occurrunt V I^a m. || coronam :

SERMON 28

<Sur ces paroles de l'Apôtre :
Ne savez-vous pas que ceux qui courent
dans le stade>

1. Le bienheureux apôtre Paul nous exhorte à gagner la couronne de la gloire céleste, non seulement par l'enseignement de la Loi¹, mais encore en présentant des comparaisons tirées de ce monde. C'est ainsi qu'il dit, entre autres choses, comme Votre Dilection vient de l'entendre : *Ne savez-vous pas que ceux qui courent dans le stade, tous courent, mais un seul remporte la couronne ? Et il ajoute : Courez ainsi pour la remporter*^a. Suivant cette comparaison prise ici-bas, nombreux sont ceux qui courent dans le stade, comme dit l'Apôtre, mais il n'y en a qu'un seul qui reçoit la couronne : celui qui a fait la meilleure course. Ainsi en va-t-il dans le stade de la vie présente : nombreux sont ceux qui courent, mais un seul reçoit la couronne. Les Juifs courent en pratiquant la Loi, les philosophes courent en s'adonnant à leur vaine sagesse, les hérétiques, eux aussi, courent en annonçant une fausse doctrine, les catholiques courent en prêchant la vraie foi ; mais de tous ceux-là, il n'y en a qu'un seul à recevoir la couronne : c'est le peuple catholique, qui,

bravium pa. cum Vulg. || 8 inquit om. pa. || 14 sapientiam : saeculi
add. P C || 17 recto : recepto V pa.

1. « L'enseignement de la Loi » désignerait-il les épisodes des chapitres 13, 14 et 16 du livre de l'*Exode* qui, dans I Cor. 10, 1-5, sont évoqués après le passage que Chromace va commenter ?

tendit ad Christum, ut ad palmam immortalitatis coronamque perveniat.

2. Quapropter et Iudaei et philosophi et haeretici² in vacuum currunt, qui non recto fidei tramite gradiuntur. Quid enim prodest Iudaeis currere per observationem legis, qui Christum dominum legis ignorant? Currunt et philosophi per inanem sapientiam saeculi, sed superfluum et vacuum cursum ipsorum est, qui veram Christi sapientiam nesciunt. Vera enim sapientia Dei Christus est^b, quae non ornatur verbis, nec luculenta oratione, sed fide cordis agnoscitur. Currunt et haeretici per venenatam fidei suae adsertionem, currunt per ieiunia, currunt per eleemosynam, sed non perveniunt ad coronam, quia Christo non fideliter credunt; falsa enim fides eorum verae fidei gratiam accipere non meretur. Manifestat hoc apostolus alio loco cum dicit: *Et si distribuero omnem substantiam meam pauperibus, et si tradidero corpus meum igni ut ardeat, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest*^c. Non enim habet caritatem Christi, qui Christo non fideliter credit. Et ideo bene addidit apostolus, dicendo: *Sic currite ut comprehendatis*. Currere ergo debemus fideli cursu in fide Christi, in mandatis Dei, in operibus iustitiae³, ut ad coronam aeternae vitae pervenire possimus.

3. Denique quemadmodum nobis currendum est, idem apostolus consequenter ostendit, dicendo: *Omnis,*

b. Cf. I Cor. 1, 24 || c. I Cor. 13, 3

21 qui : quia P C || 25 qui : quia P C || 27 luculenta : ludulenta V || 28 fide : fides V || 30-31 non perveniunt ad coronam : sed pervenire ad coronam nequeunt pa. || 31 Christo om. pa. || fideliter credunt : fideli cursu currunt pa. || falsa : false V || 32 verae fidei : veram Christi P C || meretur : meruerunt V || 35 ardeat : ardeam P C || 38 currite : cucurrite V

2. L'association de l'hérésie, du judaïsme et de la philosophie se retrouve au moins à deux reprises chez AMBROISE (*In Luc.*, V, 70 ; VII, 197). Cette dépréciation de la philosophie est, depuis Ter-

par la voie droite de la foi, se dirige vers le Christ, et parvient ainsi à la palme et à la couronne de l'immortalité.

Praefatio orationis Dominicae¹

1. Dominus et Salvator noster Iesus Christus inter
cetera salutaria praecepta, discipulis suis petentibus
quemadmodum orare deberent, eam formam eis orationis
5 concessit² quam etiam lectione praesenti et vos plenius
cognovistis. Audiatur nunc dilectio vestra quemadmodum
doceat discipulos suos orare Deum Patrem omnipotentem :
Tu autem cum orabis, intra in cubiculum tuum et clauso
*ostio ora Patrem tuum*³. Cubiculum quod nominat, non
10 occultam domum ostendit, sed cordis nostri secreta
illi soli patere commemorat. Et clauso ostio Deum orare
debere, id est ut a mala cogitatione pectus nostrum
mystica clave claudamus ac labiis clausis incorrupta
mente Deo loquamur. Deus autem noster fidei et non
15 vocis auditor est. Claudatur ergo clave fidei pectus
nostrum contra insidias adversarii et soli Deo pateat³,
cuius templum esse cognoscitur, ut cum habitat in
cordibus nostris ipse sit advocatus in precibus nostris.

a. Matth. 6, 6

mo. édition Mohlberg, p. 51-53.
ho. édition Hoste, CCL 9, p. 445-447.

4 eis formam *transp. ho.* || 11 orare : adorare *mo.* || 14 et *om. ho.*

SERMON 40

Explication de la Prière dominicale¹

1. Entre autres enseignements salutaires, notre Seigneur
et Sauveur Jésus-Christ a donné à ses disciples, qui lui
demandaient comment ils devaient prier, cette forme de
prière² dont vous venez, vous aussi, de prendre plus ample
connaissance par la présente lecture. Que Votre Dilection
écoute maintenant comment il enseigne à ses disciples à
prier Dieu, le Père tout-puissant : *Pour toi, quand tu*
pries, retire-toi dans ta chambre, ferme la porte, et prie
*ton Père*³. En parlant de chambre, il ne désigne pas une
pièce retirée de la maison, mais il rappelle que les secrets
de notre cœur ne se découvrent que pour lui seul. Et
devoir prier Dieu à huis clos, c'est dire que nous devons
mystiquement fermer à clé notre cœur pour toute pensée
mauvaise, et, bouche close, parler à Dieu en esprit de
pureté. C'est la voix de la foi et non le son des paroles
qu'écoute notre Dieu. Que la clé de la foi ferme donc
notre cœur aux embûches de l'Adversaire pour ne l'ou-
vrir qu'à Dieu seul³, dont on sait que ce cœur est le
temple, afin que celui qui y habite nous assiste lorsque
nous prions. Le Christ notre Seigneur, Parole de Dieu

1. Sur le contexte liturgique de ce commentaire du Pater, voir
Introd., p. 91. Chromace s'inspire si étroitement des deux com-
mentaires de Tertullien (CCL 1, 257 s.) et de Cyprien (CSEL 3,
267 s.) que son apport personnel est assez mince. Dans les *tract. in*
Matthaeum, le commentaire est plus développé. Le titre *Praefatio...*
provient du Sacramentaire Gélisien, *Vat. Reg. 316*.

2. Cf. CYPRIEN, 2.
3. Cf. CYPRIEN, 31.

Chromace d'Aquilée. II.

Ergo Dei sermo et Dei sapientia⁴, Christus Dominus
20 noster hanc orationem nos docuit, ut ita oremus :

2. *Pater noster qui es in caelis*^b. Haec libertatis vox
est et plena fiducia. Ergo his vobis moribus est vivendum,
ut et filii Dei et fratres Christi esse possitis. Nam Patrem
25 suum Deum qua temeritate dicere praesumit, qui ab eius
voluntate degenerat ? Unde vos, dilectissimi, dignos
exhibete adoptione divina, quoniam scriptum est :
*Quotquot crediderunt in eum, dedit eis potestatem filios
Dei fieri*^c.

Sanctificetur nomen tuum, id est non quod Deus nostris
30 sanctificetur orationibus, qui semper est sanctus, sed
petimus ut nomen eius sanctificetur in nobis, ut qui in
baptismate eius sanctificamur, in id quod esse incipimus
perseveremus⁵.

Veniat regnum tuum. Deus namque noster quando non
35 regnat, maxime cuius regnum est immortale ? Sed cum
dicimus : *Veniat regnum tuum*, nostrum regnum petimus
advenire, a Deo nobis promissum, Christi sanguine et
passione quaesitum⁶.

Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terra, id est in
40 eo fiat voluntas tua, ut quod tu vis in caelo hoc nos in
terra positi irreprehensibiliter faciamus.

Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Hic spiri-
talem cibum intellegere debemus. Christus enim panis
est noster, qui dixit : *Ego sum panis vivus, qui de caelo*
45 *descendi*^d. Quem cotidianum dicimus, quod ita nos
semper immunitatem petere debemus peccati, ut digni
simus caelestibus alimentis⁷.

b. Matth. 6, 9-13 || c. Jn 1, 12 || d. Jn 6, 51

24 qua : quam *mo.* || 26 adoptione divina : -nem -nam *ho.* || 32 sancti-
ficamur : -cemur *mo.* || 34 veniat *scripsi* : adveniat *mo. ho.* || 37 san-
guine : -nem *mo.* || 38 passione : -nem *mo.*

4. Cf. S. 9, t. I, p. 199, n. 1.

5. Cf. TERTULLIEN, 3, 4 ; CYPRIEN, 12.

6. Cf. TERTULLIEN, 5, 1 ; CYPRIEN, 13.

et Sagesse de Dieu⁴, nous a donc appris à prier ainsi :

2. *Notre Père qui es aux cieux*^b. Ce sont là mots
d'hommes libres, mots pleins d'assurance. Vous devez
donc vous conduire de sorte à pouvoir être fils de Dieu et
frères du Christ. Quelle téméraire présomption, en effet,
que d'appeler Dieu son Père lorsqu'on dégénère loin de
sa volonté ! Par conséquent, mes très chers, montrez-vous
dignes de l'adoption divine, puisqu'il est écrit : *A tous ceux
qui ont cru en lui, il a donné pouvoir de devenir fils de Dieu*^c.

Que ton nom soit sanctifié. Cela ne signifie pas que nos
prières sanctifient Dieu, qui est toujours saint. Nous
demandons, au contraire, que son nom soit sanctifié en
nous, afin que, sanctifiés dans son baptême, nous persé-
vérons dans ce que nous avons commencé d'être⁵.

Que ton règne vienne. Est-il un moment où notre Dieu,
dont le règne est immortel, ne règne pas souverainement ?
Mais lorsque nous disons : *Que ton règne vienne*, nous
demandons que vienne notre règne, ce règne que Dieu
nous a promis, et que la passion et le sang du Christ
nous ont obtenu⁶.

Que ta volonté soit faite sur la terre comme au ciel, c'est-à-
dire : que ce que tu veux au ciel, nous, sur la terre, nous
l'accomplissions d'une façon irréprochable.

Donne-nous aujourd'hui notre pain de chaque jour.
Ici, nous devons comprendre qu'il s'agit de la nourriture
spirituelle, car notre pain, c'est le Christ, qui a dit :
Je suis le pain vivant, moi qui suis descendu du ciel^d.
Nous disons à propos de ce pain : *de chaque jour*, parce
que nous devons toujours demander d'éviter le péché pour
être dignes de l'aliment du ciel⁷.

7. Cf. TERTULLIEN, 6, 2 ; CYPRIEN, 18. Alors que dans le *tract.*
les deux sens du pain (pain matériel, eucharistique) sont envisagés,
ici seul le sens spirituel est abordé. L'explication très concise du
cotidianum se comprend mieux en se reportant au *tractatus* : « Nous
avons l'ordre de demander ce pain chaque jour (*cotidie*), autrement
dit nous devons mériter par l'effet de la miséricorde du Seigneur de
recevoir chaque jour (*cotidie*) le pain du corps du Seigneur... C'est
donc bien à juste titre que nous devons toujours prier (*semper
orare debemus*) pour mériter de recevoir chaque jour (*cotidie*) ce
pain céleste, pour ne pas être éloignés du corps du Seigneur par
l'intrusion de quelque péché. » (CCL, 9, p. 432-433).

Et remitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc praecepto significans, non nos aliter peccatorum posse veniam promereri, nisi prius nos in nobis delinquentibus aliis relaxemus, sicut in evangelio Dominus dicit : *Nisi dimiseritis peccata hominibus, nec vobis Pater vester dimittet peccata vestra* ^e.

Et ne nos inducas in tentationem, id est ne nos patiaris induci ab eo qui tentat, pravitatis auctore ⁸. Nam dicit scriptura : *Deus enim intentator malorum est* ^f. Diabolus vero est tentator, ad quem evincendum Dominus dicit : *Vigilate et orate, ne intretis in tentationem* ^g.

Sed libera nos a malo. Hoc ideo ait, quia dixit apostolus : *Nescitis quid vos oporteat orare* ^h. Unde Deus omnipotens ita a nobis orandus est, ut quicquid humana fragilitas cavere et vitare non praevallet, hoc ille ut possimus propitius nobis conferre dignetur Iesus Christus Dominus noster, qui vivit et regnat Deus in unitate Spiritus sancti per omnia saecula saeculorum. Amen.

e. Matth. 6, 15 || f. Jac. 1, 13 || g. Matth. 26, 41 ; Mc, 14, 38 || h. Rom. 8, 26

48 remitte scripsi : dimitte mo. ho. || 53 dimittet : demittit mo. || 57 tentator est transp. ho. || 59 apostolus : -lis ho. || 60 oporteat : tet ho. || Unde : unus mo. || 61 est om. mo. || 65 Amen om. mo.

Et remets-nous nos dettes, comme nous les remettons aussi à ceux qui nous doivent. Il nous enseigne ainsi que nous ne pouvons obtenir le pardon de nos péchés si ce n'est en pardonnant d'abord à ceux qui ont péché contre nous, selon la parole du Seigneur dans l'évangile : *Si vous ne pardonnez leurs péchés aux autres, votre Père céleste ne vous pardonnera pas non plus vos péchés* ^e.

Et ne nous soumet pas à la tentation, c'est-à-dire : ne nous laisse pas tomber au pouvoir du tentateur, auteur de la perversité ⁸. Car l'Écriture dit : *Dieu, en effet, ne tente pas pour le mal* ^f. Le diable, lui, est tentateur. Le Seigneur dit ce qu'il faut faire pour le vaincre : *Veillez et priez, pour ne pas entrer en tentation* ^g.

Mais délivre-nous du Mal. Il s'exprime ainsi parce que l'Apôtre a dit : *Vous ne savez pas ce qu'il faut demander* ^h. Il nous faut donc demander au Dieu tout-puissant que tout ce que la faiblesse humaine n'a pas le pouvoir de fuir et d'éviter, ce pouvoir, Jésus-Christ, notre Seigneur, daigne, dans sa bonté, nous l'accorder, lui qui vit et règne, Dieu, dans l'unité du Saint-Esprit, pour les siècles des siècles. Amen.

8. Cf. TERTULLIEN, 8, 1.

XLI

Texte réédité par Dom Hoste dans *CCL* 9, p. 383-388, d'après le codex *Bruzellensis* 10807-11 (*B*) (XII) et les différentes éditions précédentes, dont deux seules, à vrai dire, sont importantes : celle de J. Sichard (*si.*) en 1528, d'après un ms. disparu, et celle de M. Lypsius (*ly.*) en 1546, d'après un ms. de Saint-Trond disparu, le codex *Bruzellensis* et l'édition de Sichard. L'édition de *PL* 20 reprend l'édition de P. Braidà (Udine 1816) (*br.*), elle-même tributaire de l'édition de Lypsius.

La présente édition s'écarte quelque peu de l'édition Hoste. Dans les cas où *B* s'écarte de *si. ly.*, la préférence a été généralement donnée à ces deux derniers témoins. La plupart des variantes de *B* sont donc reportées en apparat. Celles qui offrent des chances d'authenticité sont affectées d'un astérisque.

SERMO XLI

Chromatii episcopi Romani
in V caput Matthaei declamatio
seu
sermo de octo Beatitudinibus ¹

5 1. Dat nobis, fratres, conventus hic populi et mercatus
frequentia ² occasionem proponendi sermonis evangelici.
Solent enim saecularia esse spiritualibus exempla, et terres-
tria imaginem praebere caelestibus. Nam et Dominus
ac Salvator noster frequenter admonet nos per terrestria
10 de caelestibus, cum dicit : *Simile est regnum caelorum*

B fol. 1 v-4 r.

si. édition Sichard (à l'instar d'un ms.).

ly. édition Lypsius.

br. édition Braida (= *PL* 20, 323-328).

ho. édition Hoste (*CCL* 9, p. 383-388).

Titulus Chromatii episcopi Romani in V caput Matthaei declamatio *ex si.* : Liber sancti Chromatii episcopi de octo dominicis beatitudinibus quibus discipulos suos Dominus in monte instituere exorsus est *B* Chromatii episcopi de octo beatitudinibus concio elegans *ly.* Sermo de octo beatitudinibus *br. ho.* || 5 fratres *om. si.* || hic conventus *transp. B* || populi *om. B* || 6 evangelici : -*lii si.* || 8 et *om. br.* || 9 noster *om. br.*

1. Il est difficile de savoir, d'après les témoins dont on dispose, quel était le titre original de ce sermon qui seul a conservé l'attribution à Chromace. L'expression *episcopus Romanus* attestée par le ms. dont se sert Sichard, et équivalamment par Alcuin (*sanctae Romanae antistes Ecclesiae*; *Adv. Haeresin Felicis*, 26, *PL* 101, 97 C), reste énigmatique. Après examen de diverses opinions,

SERMON 41

Sermon de l'évêque romain Chromace
sur le chapitre cinquième de Matthieu
ou
sur les huit Béatitudes ¹

1. Ce concours de peuple et l'affluence du jour de marché ² nous donne, mes Frères, l'occasion de vous exposer la parole de l'évangile. Car les choses de ce monde sont d'ordinaire la figure des réalités spirituelles, et celles de la terre l'image de celles du ciel. Notre Seigneur et Sauveur, en effet, nous rappelle souvent les réalités célestes en recourant à celles de la terre; ainsi quand

Fontanini opte pour 'évêque de l'Église latine' (*Romanus = Latinus*); *PL* 20, 391-395.

2. Le contexte immédiat du sermon est indiqué on ne peut plus clairement par ces mots. Débouché économique des régions du Norique, port extrêmement actif (*Aquileia... portu celeberrima*, *Ausone, Ordo Urb. nob.*, IX, 67; éd. M. Jasinski, p. 202) en relation avec l'Orient, Aquilée était un des grands centres commerciaux de l'Empire; cf. *Introd.*, p. 41.

Ce sermon n'a pas été prononcé au cours d'une synaxe liturgique, et l'orateur ne s'adresse pas à ses ouailles, mais à un cercle plus restreint d'auditeurs. L'emploi insolite chez Chromace des expressions *fratres, fratres carissimi, benedicti* (qui remplacent l'habituel *dilectio vestra*) s'explique si l'évêque s'adresse à une assemblée soit de clercs, soit d'ascètes (sur l'emploi de *benedictus* en parlant des clercs, voir *TLL* II, 1870, 61 s.). On connaît l'existence d'un groupe de clercs-ascètes à Aquilée sous l'épiscopat de Valérien (cf. *Introd.*, p. 43). Si le présent sermon a été prononcé par Chromace évêque, ce qui est vraisemblable (cf. lignes 16-19), il faut en conclure qu'une communauté se reforma autour de lui. Un commentaire tel que celui de la première et de la septième béatitude ne peut guère concerner que des clercs menant la vie ascétique.

reti misso in mare^a. Vel certe : *Simile est regnum caelorum homini negotianti, quaerenti bonam margaritam*^b. Si ergo mercatus hanc ipse continet rationem, ut unusquisque pro utilitate sua aut vendat quae sibi superflua sunt, aut emat quae desunt, non incondite et ego proponam mercem, quam mihi commisit Dominus, praedicationem utique caelestem, siquidem me minimum quoque, etsi indignum, tamen de servis illis, quibus Dominus talenta distribuit ad negotiandum lucrumque faciendum, elegit^c. Nec sane deerunt mercatores, ubi per gratiam Dei tales ac tanti sunt auditores. Magis autem necesse est lucrum caeleste captari, ubi terrestre commodum non neglegitur. Cupio, fratres carissimi, proponere vobis illas beatitudinum margaritas ex sancto pretiosas evangelio ; aperite itaque cordis vestri thesauros, emite, percipite avide, feliciter possidete.

Dominus ac Deus noster unigenitus summi Patris, qui de Deo homo, de Domino magister dignatus est fieri, cum turbae multae ex diversis confluerent regionibus, assumptis discipulis suis, id est apostolis suis, *ascendit in montem, et aperto ore suo docebat eos dicens : Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram*^d. Gradus quosdam firmissimos ex lapidibus pretiosis sternit quodammodo Dominus Salvator, per quos sanctae animae et fideles repere possint et ascendere ad summum illud bonum, id est regnum caelorum³. Breviter igitur, fratres

a. Matth. 13, 47 || b. Matth. 13, 45 || c. Cf. Matth. 25, 15-16 || d. Matth. 5, 1-4

11 vel *deest in B (defectu membranci)* || 12 *negotianti* : -tiatori *B br. cum Vulg.* || *bonam margaritam* : -nas -tas *br. cum Vulg.* || 13 *ipse om. B* || 16 *mihi om. si.* || *Dominus* : deus *si.* || 17 *caelestem* : -tis *si.* || *etsi* : et sic *si.* || 20 *elegit om. si.* || *Dei gratiam transp. B* || 21 *sunt om. br.* || 22 *captari* : -re *B ac ly. in marg.* || 24 *pretiosas ex sancto evangelio transp. br. ho.* || 30 *assumptis ... apostolis suis* : *assumpsit discipulos suos, id est apostolos suos B* || *ascendit* : et *praem. B* || 31 *in om. ly.* || 36 *illud summum transp. B*

il dit : *Le Royaume des cieux est semblable au flet jeté dans la mer*^a, ou encore : *Le Royaume des cieux est semblable à un marchand qui cherche une perle précieuse*^b. Si donc le but du marché est de permettre à chacun, selon ses besoins, de mettre en vente ce qu'il a de trop, ou d'acheter ce qui lui manque, il est normal que je vous propose, moi aussi, la marchandise que le Seigneur m'a confiée, à savoir la prédication céleste, puisqu'il m'a choisi, moi, tout petit, malgré mon indignité, entre ces serviteurs à qui il a distribué des talents pour les faire valoir et en retirer un bénéfice^c. Et certes, les marchands ne sauraient manquer là où, par la grâce de Dieu, il y a de si nombreux et de tels auditeurs. D'autre part, il est plus nécessaire de chercher un gain céleste là où n'est pas négligé le profit terrestre. Mon désir est de vous proposer, Frères très chers, les perles précieuses des Béatitudes extraites du saint évangile ; ouvrez donc le trésor de votre cœur, achetez, recevez avec avidité, possédez dans la joie.

Comme une foule nombreuse s'était réunie, venue de différents endroits, le Fils unique du Père Très-Haut, notre Seigneur et notre Dieu, lui qui a daigné devenir homme alors qu'il était Dieu, et maître alors qu'il était le Seigneur, prit avec lui ses disciples, c'est-à-dire ses Apôtres, *gravit la montagne, et prenant la parole les enseignait en disant : Bienheureux les pauvres en esprit, parce que le Royaume des cieux est à eux. Bienheureux les doux, parce qu'ils posséderont la terre*^d. Le Seigneur notre Sauveur établit comme des degrés extrêmement solides de pierres précieuses afin que les âmes saintes et fidèles puissent s'y engager et monter jusqu'au bien suprême qu'est le Royaume des cieux³. Je désire donc, mes très

3. Cette interprétation des Béatitudes comme degrés vers Dieu apparaît pour la première fois, semble-t-il, chez Grégoire de Nysse, dans ses sermons du carême 387. Les fragments rassemblés dans le t. 12 du *GCS* ne permettent pas, en effet, d'affirmer qu'Origène ait envisagé les Béatitudes sous cet angle. L'interprétation de Grégoire de Nysse passa dans le commentaire sur *Luc* d'Ambroise. Les contacts entre ce dernier commentaire et l'exposé de Chromace sont extrêmement ténus. Chromace ne mentionne pas, en particulier, le symbolisme de l'ogdoade cher à Ambroise.

carissimi, qualitates graduum cupio demonstrare, vestra modo mens tota et anima sit intenta, quia non sunt
40 parva quae Dei sunt.

2. *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum* e. Mirum principium, fratres, doctrinae caelestis ! Non a terrore incipit, sed a beatitudine, non terrorem faciens, sed potius desiderium. Vice enim agonothetae
45 vel munerarii, certatoribus in hoc stadio spiritali⁴ praemium grande proponit, ut dum aspiciunt praemium, nec labores timeant nec pericula perhorrescant. *Beati ergo pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum*. Non simpliciter, neque confuse beatos pauperes
50 dixit, sed addidit : *pauperes spiritu*. Nec enim omnis paupertas felix est, quia fit saepe ex necessitate, fit nonnumquam per pessimos mores, fit etiam ex indignatione divina. Beata ergo paupertas est spiritalis, eorum scilicet hominum, qui spiritu et voluntate pauperes se
55 faciunt propter Deum, renuntiando saeculi bonis, substantiam suam ultro erogando ; quos merito *beatos* appellat, quia *pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum* ; per voluntariam enim paupertatem caelestis regni divitias assequuntur.

60 Deinde ait : *Beati mites, quia ipsi possidebunt terram* f. Mire post primum gradum secundus ostenditur : *Beati*, inquit, *mites, quia ipsi possidebunt terram*. Sed sicut impossibile est extra ordinem secundo sistere gradui, nisi ascenderit primum, sic homo mitis esse non poterit, nisi
65 prius pauper spiritu fuerit factus. Quomodo ergo inter

e. Matth. 5, 3 || f. Matth. 5, 4

41 *Beati* : Incipit gradus primus *praem. B* || 44 *agonothetae* : *agonitethae B* || 45 *certatoribus* : *-toris B* || 46 *grande praemium transp. B* || proponit : vel promittit *add. B* || 56 *suam* : *sua B* || 57 *pauperes* : *sunt* add. B ho.* || 60 *quia* : *quoniam* B* || 63 *sistere* : *consistere* si.* || *gradu* : *gradu* si.* || 65 *ergo* : *enim si.*

chers, vous montrer quels sont ces degrés ; prêtez seulement attention de tout votre esprit et de toute votre âme, car ce qui concerne Dieu est de grande importance.

2. *Bienheureux les pauvres en esprit, parce que le Royaume des cieux est à eux* e. Quel beau début, mes Frères, pour l'enseignement céleste ! Le Seigneur ne commence pas par la mention de la peur, mais du bonheur ; il ne suscite pas la peur, mais bien plutôt le désir. Comme un arbitre ou un organisateur de combat de gladiateurs, il propose un prix important aux lutteurs de ce stade spirituel⁴, pour qu'ils ne redoutent pas la peine, et ne s'effraient pas des dangers, puisqu'ils en voient la récompense. *Bienheureux, donc, les pauvres en esprit, parce que le Royaume des cieux est à eux*. Il n'a pas dit simplement, sans préciser, que les pauvres sont bienheureux, mais il ajoute : *les pauvres en esprit*. Car toute pauvreté n'est pas heureuse : elle résulte souvent de la nécessité, souvent de mœurs dépravées, et aussi de la colère de Dieu. Bienheureuse, donc, la pauvreté spirituelle, celle des chrétiens qui, en esprit et en vouloir, se font pauvres à cause de Dieu, en renonçant aux biens de ce monde, et en donnant volontairement leurs richesses. Ceux-là sont appelés bienheureux à juste titre, parce qu'ils sont *pauvres en esprit* et que *le Royaume des cieux est à eux* ; par la pauvreté volontaire, on acquiert en effet les richesses du Royaume des cieux.

Il poursuit : *Bienheureux les doux, parce qu'ils posséderont la terre* f. D'une façon admirable, après le premier degré, on nous indique le second : *Bienheureux les doux, parce qu'ils posséderont la terre*. Mais, de même qu'il est impossible, sans respecter l'ordre (des marches), de se tenir sur le second degré, si l'on n'a pas gravi le premier, on ne peut être doux si l'on n'est pas d'abord devenu pauvre en esprit. Comment un esprit, parmi les richesses,

4. Cf. S. 12, 168 et note ; S. 28, 57 s. La suite du commentaire n'envisage que la seule pauvreté effective embrassée pour le Christ. L'optique est donc sensiblement différente de celle du S. 5 (SC 154, p. 170) et même du *Tract. XVII (olim III ; CCL 9 ; 395-396)*. L'orateur s'adresse ici à des hommes vivant l'idéal ascétique.

divitias positus animus, inter curas et sollicitudines saeculares, ex quibus negotia, lites, provocationes, irae, exacerbationes sine intermissione nascuntur, quomodo inquam, inter haec animus poterit esse mitis et lenis, nisi prius a se omnes causas iracundiae occasionesque rixarum abrenuntiando praeciderit? Non fit mare tranquillum, nisi cessaverint venti; non extinguitur ignis, nisi materiam incendii spinarumque sarmenta detraxeris; sic nec animus erit mitis et quietus, nisi ea quae exsuscitant et inflammant, fuerint abdicata. Bene ergo gradus iungitur gradui, quia pauperes spiritu ipsi incipiunt iam esse mites.

3. Accedit et tertius: *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*^g. Quis nobis iste luctus intellegendus est salutaris? Utique non ille qui ex rerum nascitur detrimentis, non qui ex amissione carorum, nec qui ex iactura saecularium dignitatum, quae utique omnia iam pauper factus spiritu non dolebit. Hic est luctus salutaris, qui agitur pro peccatis^h, pro recordatione divini iudicii. Nam quia prius inter innumeras saeculi occupationes et asperitates animus constitutus, de se ipso cogitare non poterat; iam securus et mitis effectus, incipit se ipsum propius intueri, examinare actus suos diurnos atque nocturnos, et sic praeteritorum criminum vulnera incipiunt apparere, et tunc luctus ac lacrimae subsequuntur salutare, et adeo salubres, ut mox caelestis consolatio occurrat. Verus enim qui dixit: *Beati qui lugent, quia ipsi consolabuntur*.

4. Accedamus, fratres, ad quartum: *Beati, inquit, qui esuriunt et sitiunt iustitiam, quoniam ipsi satura-*

g. Matth. 5, 5

68 inquam: enim si. || 76 esse iam *transp.* B || 78 accedit: accidit si. || 80 utique *om.* B || 84 qui agitur: quia igitur B || 85 quia *om.* B || 88 intueri: et* *add.* B || 90-92 ac lacrimae ... dixit: atque lacrimae salubres et *in marg.* salutare subsequuntur; mox caelestis con-

les préoccupations et les soucis des biens terrestres qui ne cessent d'engendrer tracas, procès, appels, colères et emportement, comment, dis-je, au milieu de tout cela, un esprit pourrait-il être doux et calme, s'il n'a d'abord coupé court et renoncé à tout ce qui provoque colère et disputes? La mer ne s'apaise que si le vent tombe; le feu ne s'éteint que si l'on retire ce qui peut brûler, les broussailles desséchées; de même, un esprit ne peut être doux et tranquille s'il n'a renoncé à ce qui excite et enflamme. Le second degré vient donc très justement après le premier: ceux qui ont une âme de pauvres sont déjà sur la route de la douceur.

3. Et voici le troisième: *Bienheureux ceux qui pleurent, parce qu'ils seront consolés*^g. Que nous faut-il entendre par ces larmes salutaires? Sûrement pas celles qui naissent du dommage causé à nos biens, ni de la disparition d'êtres chers, ni de la perte des honneurs de ce monde; tout cela, celui qui s'est fait pauvre en esprit ne le déplorera certainement pas. Les larmes salutaires sont celles que l'on verse pour ses péchés^h, en se rappelant le jugement de Dieu. Au milieu des innombrables occupations et difficultés de ce monde, l'esprit ne pouvait penser à lui-même; mais goûtant désormais la sécurité et la douceur, il se met à se regarder de plus près, à examiner ses actions du jour et de la nuit; alors commencent à apparaître les blessures de ses fautes passées, ce qui provoque des larmes salutaires, larmes si bienfaisantes qu'elles attirent sans tarder la consolation céleste, car il est véridique celui qui a dit: *Bienheureux ceux qui pleurent, parce qu'ils seront consolés*.

4. Venons-en, mes Frères, au quatrième degré: *Bienheureux ceux qui ont faim et soif de la justice, parce qu'ils*

solatio occurrat et sic verus invenitur deus qui dixit *B qui videtur praebere textum aliquantisper elaboratum* || 91 subsequuntur: aderunt si. || 92 occurrat: subsequatur si. || 93 quia: quoniam* B

5. Même interprétation chez AMBROISE, *In Luc.*, V, 55 (SC 45, p. 203).

buntur^h. Vere enim post paenitentiam, post luctus et lacrimas peccatorum, quae alia nascitur esuries et quae sitis, nisi iustitiae? Sicut enim qui caliginem noctis emensus est, iam gestit proximam lucem; et qui choleram amaram digessit, escam concupiscit et potum, sic et mens hominis christiani, postquam per luctus et lacrimas sua peccata digesserit, iam solam Dei iustitiam esurit atque sitit; et merito, eius quam desiderat, satietate gaudebit.

5. Occurrat et quintus gradus: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*^l. Nemo alteri praestare poterit, nisi prius ipse sibi praestiterit. Postquam sibi ergo misericordiam impetravit satietatemque iustitiae, incipit iam dolere de miseris, incipit iam pro aliis peccatoribus exorare. Factus misericors in ipsos etiam inimicos, maiorem sibi cumulum misericordiae per huiusmodi pietatem in adventum Domini praeparabit. Ideo dicitur: *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*.

6. Adest ecce gradus sextus: *Beati, inquit, mundo corde, quia ipsi Deum videbunt*^l. Plane iam mundo sunt corde, plane iam Deum videre poterunt, qui pauperes spiritu, qui mites, qui lamentati peccata, qui iustitia refecti, qui misericordes, in adversariis quoque tam sincerum oculum cordis et lucidum gerunt, ut sine aliqua malitiae lippitudine inaccessibilem Dei claritatem sine impedimento conspiciant. Munditia enim cordis, et conscientiae puritas nullam nubem ad intuendum Dominum patietur.

7. Sequitur, fratres: *Beati pacifici, quoniam filii Dei vocabuntur*^k. Magna dignitas paci studentium, cum filiorum Dei appellatione censentur. Bona quidem et

h. Matth. 5, 6 || i. Matth. 5, 7 || j. Matth. 5, 8 || k. Matth. 5, 9

97 quae^a: alia* add. B ho. || 99 gestit: gerit B ly. in marg. || choleram amaram: -ra -ra B || 104 occurrat et quintus gradus: o. gr. qu. si. || 106 ipse sibi: sibi ipsi B || 107 ergo sibi transp. B || impe-

seront rassasiés^h. Vraiment, après le repentir, après les larmes versées sur les péchés, peut-il naître d'autre faim et soif que de la justice? Car, de même que celui qui a parcouru l'obscurité de la nuit se réjouit de l'approche de la lumière, et que celui qui a rejeté la bile désire manger et boire, ainsi l'esprit du chrétien, après avoir rejeté ses péchés par le deuil et les larmes, n'a plus désormais faim et soif que de la seule justice de Dieu, et à bon droit se réjouira d'être rassasié de ce qu'il désire.

5. Passons maintenant au cinquième degré: *Bienheureux les miséricordieux, parce qu'ils obtiendront eux-mêmes miséricorde*^l. Nul ne peut rien donner aux autres qu'il ne se soit d'abord donné à lui-même. Donc, après avoir obtenu pour lui miséricorde et profusion de justice, il commence à souffrir au spectacle des malheureux, et se met à prier pour les autres pécheurs. Devenu miséricordieux même envers ses ennemis, il se préparera, par une telle bonté, une belle réserve de miséricorde lors de la venue du Seigneur. Aussi est-il dit: *Bienheureux les miséricordieux, parce qu'ils obtiendront eux-mêmes miséricorde*.

6. Et voici le sixième degré: *Bienheureux les purs de cœur, parce qu'ils verront Dieu*^l. Assurément, sont désormais purs de cœur, assurément pourront désormais voir Dieu les pauvres en esprit, les doux, ceux qui ont pleuré leurs péchés, ceux qui se sont nourris de justice, les miséricordieux, et ceux qui, dans l'adversité, gardent l'œil de leur cœur si limpide et si clair qu'ils peuvent voir, sans obstacle, sans inflammation maligne, l'inaccessible clarté de Dieu. Car la netteté du cœur et la pureté de la conscience ne souffrent pas de nuage dans le regard porté vers le Seigneur.

7. Viennent ensuite, mes Frères, les paroles: *Bienheureux les artisans de paix, parce qu'ils seront appelés fils de Dieu*^k. Grande est la dignité de ceux qui se consacrent à la paix, puisqu'ils portent le nom de *fils de Dieu*.

travit: -verit B || 109 factus: factusque* B || 111 adventum: -tu* B br. ho. || 112 quoniam: quia si. || 115 sunt mundo transp. B || 126 censentur: -setur br.

haec pacificatio quae fit inter fratres, propter substantiam saeculi litigantes, aut propter vanam gloriam, aut similitates; sed parva haec merces, quia dixerat Dominus in
 130 exemplum nostri : *Quis me constituit iudicem aut divisorem super vos* ¹ ? *Iam enim praemiseraat : Ablata tua ne repetas* ^m. Et alio loco : *Quomodo potestis credere, gloriam ab invicem accipientes* ⁿ ? Potior ergo et sublimior pacificatio intellegenda est a nobis, illam dicam, qua homines
 135 gentiles, qui inimici sunt Dei, per instantiam doctrinae adducuntur ad pacem; qua peccatores emendantur et Deo per paenitentiam reconciliantur; qua rebelles haeretici corriguntur; qua Ecclesiae discordantes ad unitatem pacemque formantur ⁶. Vere enim qui tales sunt
 140 pacifici, non solum beati sunt, sed digni merito filii Dei vocabuntur. Ipsum enim Dei Filium Christum imitantes, qui *pax nostra* et reconciliatio ^o ab apostolo praedicatus est, societatem nominis eius sortiuntur.

8. *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum caelorum* ^p. Non est dubium, fratres, quia bono facto comes est semper invidia. Nam salva persecutorum crudelitate, ubi coeperis rigidam tenere iustitiam, insolentiam repercutere, incredulos ad pacem Domini convocare; ubi coeperis denique a mundanis hominibus et erroneis discrepare, statim persecutiones oriuntur; necesse est surgant odia, aemulatio laceret ⁷. Sic denique ad illum summum gradum, ad ipsum caput atque fastigium, suos Christus auditores adducit,

1. Lc, 12, 14 || m. Lc, 6, 30 || n. Jn 5, 44 || o. Cf. Ephés. 2, 14-16; II Cor. 5, 18-19 || p. Matth. 5, 10

128 vanam gloriam aut similitates : vanae gloriae similitates B || 129 merces : est *add.* B || 131 super : inter B || 134 intellegenda : appetenda et *praem. sup. lin.* B || a om. B || dicam : dico B || qua : qui *si.* || 137 paenitentiam : patientiam *si. qui add. poenitentiam in marg.* || 139 formantur : reformantur B || 140 merito digni *transp.* B || 143 societatem : -te *si.* || sortiuntur *om. si.* || 146 semper comes est *transp.* B || 149 pacem : fidem pacemque* B *ho.* || 152 sic : quia *praem. si.* || 153 auditores adducit Christus *transp. br. ho.*

Il est bien, certes, de rétablir la paix entre des frères qui se querellent pour des biens terrestres, des questions de vaine gloire ou de rivalité. Mais cela ne mérite qu'une modeste récompense, car, pour nous servir de modèle, le Seigneur a dit : *Qui m'a établi pour être juge ou régler vos partages* ¹ ? Et auparavant : *Ne réclame pas ce qu'on t'a pris* ^m ; et ailleurs : *Comment pourriez-vous croire, vous qui tenez les uns des autres votre gloire* ⁿ ? Nous devons comprendre qu'il y a une œuvre de paix bien meilleure et plus haute : je veux parler de cet enseignement assidu qui amène les païens, ennemis de Dieu, à faire la paix ; c'est aussi rétablir la paix que de corriger et de réconcilier les pécheurs avec Dieu par la pénitence, de remettre dans le droit chemin les hérétiques rebelles, de ramener à l'unité et à la paix ceux qui sont en désaccord avec l'Église ⁶. Vraiment, de tels artisans de paix ne sont pas seulement bienheureux, mais bien dignes du nom de fils de Dieu ; imitant, en effet, le Fils de Dieu lui-même, le Christ, que l'Apôtre nomme *notre paix* et notre réconciliation ^o, il leur est donné de participer à son nom.

8. *Bienheureux ceux qui souffrent persécution pour la justice, parce que le Royaume des cieux est à eux* ^p. On ne peut douter, mes Frères, que l'envie soit toujours la compagne du bien accompli. En effet, sans parler ici de la cruauté des persécuteurs, quand on se met à observer une stricte justice, à combattre l'arrogance, à appeler les incroyants à se mettre en paix avec le Seigneur, quand, de plus, on s'écarte des hommes qui vivent dans les futilités et dans l'erreur, aussitôt surgissent les persécutions ; il est fatal que s'élèvent les haines, et que la jalousie se mette à déchirer ⁷. Ainsi le Christ amène-t-il finalement ses auditeurs à ce suprême degré, à cette

6. Nous avons là un aperçu du labeur apostolique d'un évêque des iv^e-v^e siècles ; cf. *Introd.*, p. 56, n. 2. Les clercs collaboraient à cette activité de l'évêque. Dans son interprétation de *pax* (*pacificatio*), Chromace se situe dans la ligne de Tertullien et de Cyprien ; cf. H. PÉTRÉ, *Caritas*, p. 300-303.

7. Il se pourrait qu'il y ait là l'écho d'une expérience personnelle de Chromace.

155 non tantum ut sustineant patiendo, sed etiam ut moriendo
congaudeant.

9. *Beati*, inquit, *estis cum vos persequuntur et exprobrant et dicunt omne malum adversum vos, propter iustitiam, mentientes : Gaudete et exultate, quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Sic enim persecuti sunt prophetas qui fuerunt ante vos* ^q. Perfecta virtus est, fratres, post tot iustitiae ministrationses ⁸, propter veritatem opprobria ab hominibus sustinere, affligi cruciatibus, morte denique affici, nec terri, proposito nobis exemplo prophetarum, qui, diversis modis propter iustitiam lacerati, passionum Christi conformes et praemii esse meruerunt. Hic gradus celsior est, in quo Christum Paulus aspiciens dicebat : *Unum autem, quae quidem retro sunt obliviscens, ad ea quae in primo sunt me extendens, sector ad bravium supernae vocationis Dei in Christo Iesu* ^r. Et adhuc apertius ad Timotheum : *Certamen*, inquit, *bonum certavi, cursum consummavi* ^s. Quasi qui omnes gradus ascenderat, addidit : *Fidem servavi. In reliquo reposita est mihi corona iustitiae* ^t. Vere enim universo cursu completo hoc supererat, ut per tribulationes et passiones gaudens Paulus ad gradum sublimiorem martyrii perveniret. Digne ergo dominicus sermo suadet : *Gaudete, inquit, exultate, quia merces vestra copiosa est in caelis*; et crescere per incrementa persecutionum evidenter ostendit.

180 10. Ostensi sunt, fratres, octo gradus evangelici,

q. Matth. 5, 11-12 || r. Phil. 3, 13-14 || s. II Tim. 4, 7 || t. II Tim. 4, 8

156 *estis om. br.* || 157 *dicunt : dicent B a. corr.* || 160 *fuerunt : -rant B* || 161 *tot : totius si. br. ho.* || *ministrationses : -nem si. ho.* || 162 *ab hominibus om. si.* || 166 *hic : hoc si.* || *gradus : gradu si.* || *est : non praem. si.* || 169 *sector : sequor B* || 174 *bonum : add. sup. lin. B* || *quasi : et* praem. sup. lin. B* || 176 *dominicus sermo : dominus servis suis br.* || 177 *suadet : persuadeat si.* || *exultate : et praem. br.* || 178 *et om. B si.* || *incrementa : -tum si.* || 180 *evangelici : -lii si.*

cime, à ce sommet où il n'y a pas seulement support de la souffrance, mais aussi joie de mourir.

9. *Bienheureux êtes-vous*, dit-il, *quand on vous persécute, et qu'on vous blâme, et quand on dit toute sorte de mal et de mensonge contre vous à cause de la justice. Réjouissez-vous et exultez, parce que votre récompense est grande dans les cieus. Car c'est ainsi qu'il ont persécuté les prophètes qui furent avant vous* ^q. La vertu parfaite, mes Frères, c'est, après avoir été si souvent au service de la justice ⁸, qu'on nous outrage pour la cause de la vérité, qu'on nous inflige des tourments, que, pour finir, on nous mette à mort, sans pour cela nous laisser terroriser, suivant l'exemple des prophètes qui, tourmentés de bien des manières pour la cause de la justice, ont mérité d'être conformés aux souffrances et à la récompense du Christ. Voilà le degré le plus élevé, où Paul, les yeux fixés sur le Christ, disait : *Je dis seulement ceci : oubliant le chemin parcouru, je vais droit de l'avant, tendu de tout mon être, et je cours en vue du prix que Dieu nous appelle à recevoir là-haut dans le Christ Jésus* ^r. Et il dit encore plus clairement à Timothée : *J'ai combattu le bon combat, j'ai achevé ma course* ^s. Et, comme quelqu'un qui a gravi tous les degrés, il ajoute : *J'ai gardé la foi. Et maintenant, voici qu'est préparée pour moi la couronne de justice* ^t. En vérité, toute sa course achevée, il restait à Paul par les tribulations et les souffrances d'atteindre joyeux le degré le plus élevé, celui du martyr. Aussi le Seigneur (nous) exhorte-t-il fort justement en ces termes : *Réjouissez-vous et exultez, parce que votre récompense est grande dans les cieus*; et il montre à l'évidence que cette récompense grandit à mesure que croissent les persécutions.

10. Voilà, mes Frères, ces huit degrés de l'évangile

8. *Iustitiae ministrationses* : ce sont vraisemblablement les béatitudes qui précèdent, au nombre desquelles la béatitude des pacifiques qui a mis l'accent sur une véritable *δικαιοσύνη*, un « service de justice », *ministerium (ministratio) iustitiae*; cf. *II Cor.* 3, 9. *Ministratio* est donc un terme prégnant : s'il s'agit d'abord d'*operatio* au sens général (les béatitudes sont « œuvres de justice »), on ne peut exclure le sens de « ministère » qui ressort du rapprochement avec *II Cor.* et avec le commentaire de la béatitude des pacifiques.

extracti ex lapidibus, ut dixeram, pretiosis. Ostensa est illa scala Iacob, cuius cacumen de terra pertingebat ad caelum^u, per quam qui ascendit, portam invenit caeli, ac per eam ingressus, sine fine in conspectu Domini
185 laetus adstabit, laudaturus Dominum cum sanctis angelis in aeternum.

Hic noster mercatus, haec nundina spiritalis. Demus, benedicti, quae habemus, offeramus spiritus paupertatem, ut accipiamus secundum promissionem regni
190 caelestis ubertatem; offeramus mansuetudinem, ut terram possideamus et paradysum; defleamus peccata, et nostra et aliena, ut consolationem de Domini bonitate mereamur; esuriamus et sitiemus iustitiam, ut copiosius utique saginemur; demus misericordiam, ut veram mise-
195 ricordiam consequamur; vivamus pacifici, ut filii Dei vocemur; mundum cor et castum corpus offeramus, ut lucido sensu Deum videre possimus; persecutiones propter iustitiam minime timeamus, ut caelestis regni efficiamur haeredes; opprobria, cruciatus, mortem
200 denique, si eveniat, propter Dei veritatem gaudentes amplectamur et laeti, ut merces nobis cum prophetis et apostolis copiosa praestetur in caelo. Ut autem verbi finis cum praefatione concordet, si est gaudium mercatoribus propter lucra praesentia et caduca, magis gaudeamus omnes pariter et laetemur, quia tales Domini
205 hodie invenimus margaritas, quibus nulla possint bona saeculi comparari. Quas ut acquirere, obtinere, possidere mereamur, auxilium nobis et gratia cum virtute, ab ipso Domino postulanda est, cui sit gloria in saecula saeculorum. Amen.

u. Cf. Gen. 28, 12

182 Iacob : Iacobi *br.* || ad : in *B* || 187 haec : est *add. B.* || demus benedicti : demus o benedicti fratres *B* o demus benedicti *ho.* || 189 promissionem : divinam *praem. B* || 191 et² *om. si.* || 194 utique *om. br.* || misericordiam¹ : compassibilem *praem. B* ||

placés sous nos yeux, degrés, dirai-je, construits de pierres précieuses. Voilà sous nos yeux cette échelle de Jacob, qui partait de terre, et dont le sommet atteignait le ciel^u. Celui qui y monte trouve la porte qui lui donne accès au ciel, où sans fin il se tiendra joyeux en la présence de Dieu et louera le Seigneur avec les anges saints pour l'éternité.

Voilà notre négoce, voilà le marché spirituel. Donnons, ô bénis de Dieu, ce que nous avons; offrons notre âme de pauvres pour recevoir la richesse du Royaume des cieus qui nous a été promise. Offrons notre douceur pour posséder la terre et le paradis; pleurons les péchés, aussi bien les nôtres que ceux d'autrui, pour mériter que la bonté de Dieu nous console; ayons faim et soif de la justice, pour en être plus abondamment rassasiés; faisons miséricorde, pour recevoir la miséricorde véritable; vivons en pacifiques, pour être appelés fils de Dieu; offrons un cœur pur et un corps chaste, pour que notre esprit purifié puisse voir Dieu; ne craignons pas d'être persécutés pour la justice, pour devenir héritiers du Royaume des cieus; acceptons avec joie et allégresse les insultes, les tourments, la mort même, si le cas se présente, pour la vérité de Dieu, afin de recevoir dans le ciel une grande récompense avec les apôtres et les prophètes.

Et maintenant, que la conclusion de mon discours corresponde à son exorde. Si les marchands se réjouissent des gains fragiles du moment, combien plus devons-nous nous réjouir tous ensemble et nous féliciter d'avoir trouvé aujourd'hui des perles du Seigneur si précieuses qu'aucun bien de ce monde ne peut leur être comparé. Pour mériter de les acquérir et de les posséder, nous demanderons son secours, sa grâce et sa force au Seigneur, à qui gloire dans les siècles des siècles. Amen.

196 cor mundum *transp. B* || corpus castum *transp. B* || 198-199 ut heredes regni caelestis efficiamur *transp. B* || 202 verbi : -bis *br.* || 204 caduca : e contra *add. B in marg.* || 205 et letemur omnes pariter *transp. B* || hodie domini *transp. B* || 210 Amen : Chromatii episcopi in V caput Matthaei declamationis finis *add. si. ly.* Finit de octo beatitudinibus *B*

APPENDICE I

UNA TUNICA CORPORIS CHRISTI
TOTUM MUNDUM VESTIVIT

(S. 15, 109-110)

Reprenons tout d'abord la traduction de ce passage (lignes 107-110) ; « C'est pour couvrir notre nudité que (le Christ) se dépouilla de la tunique de sa chair. En effet, à elle seule, la tunique du corps du Christ a suffi à revêtir le monde entier. »

Incontestablement cette dernière phrase offre une difficulté que nous avons déjà essayé d'éclaircir dans l'Introduction, p. 69-70, et sur laquelle on nous permettra de revenir ici. Dans la phrase qui précède (*exiit... cortegeret*), Chromace affirme qu'en se dépouillant de sa chair dans sa Passion — en mourant — le Christ a couvert notre nudité. Image évocatrice qui rejoint le témoignage commun des Pères : l'humanité dépouillée des biens spirituels en Adam a été réintégrée dans l'amitié divine par le Christ, et, revêtue de la grâce, elle a recouvré ce qu'elle avait perdu. Dans le sermon fragmentaire 38, Chromace s'exprime équivalement : *Qui Dei gratia indutus non est, etiam si multas tunicas habeat, nudus est omni bono. Unde non immerito Adae et mulieri eius Deus tunicas pelliceas fecit et induit eos, ut passionis Christi gratiam demonstraret ; quia humanum genus nudatum gratia Dei vestiri non poterat, nisi Christi Domini passione, unde totus mundus redemptus et liberatus est ab aeterna damnatione et morte* (10-17).

Le *denique* qui introduit la phrase *una tunica...* indique clairement que Chromace poursuit son raisonnement et corrobore sa première affirmation. Si la grâce du Seigneur nous atteint personnellement, c'est en raison de l'efficace universelle de la rédemption, thème qui est particulièrement cher à l'orateur. Quant à l'expression *tunica corporis Christi*, elle désigne sans aucun doute l'Église. Que celle-ci soit la tunique du Christ, Chromace l'énonce à plusieurs reprises (S. 19, 33 ;

24, 52; 32, 68). Mais l'emploi des termes *corporis Christi* introduit dans cette dimension qui est au cœur même du mystère de l'Église : d'être « le corps du Christ ».

